



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

SS. Sulpitius Et Servilianus MM. 20. Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

mos cruciatus id unum habiturus solatii , quod pendens demum ad exemplum Christi anima efflavit. Cadaver ejus in speluncam abjectum esse à Judæis , sed feris laniatum credi posset ; iulius nihilominus ei Cælum persolvit , multâ face circum cadaver accensâ , quæ VVERNHERI innocentiam & Judæorum crudelitatem detexit. Ex Suri.

Ad cælum respice , brevissima hujus vita terminus tibi ante oculos pone ; & cum quo de villicatione tuationem ponere debeas , solicitus meditare. Quid enim proderit hodie auro & gemmis contegi , si cras contingudum & reum ad inferni supplicia pertrahi. S. Pet. Damian. l. 7. Ep. 15.

SS. SULPITIUS ET SERVILIANUS MM.
20. Aprilis.

Rursum te ad nuptias invitamus , sed (quem admodum semper factum est) Agni ; qui imò , si lubet , ad choreas etiam , non quidem inducas , sed ut spectes , simulq; illud etiam fatearis , verum dixisse , qui ferè ebrios & insanos saltat dixit. Ecce SULPITIO Euphrosyna , SERVILIANO Theodora despondetur , & Aureliano Consuli filio Domitilla promittitur. Jam quatit Hymenæus faces , jam locus , jam amor ridet , mox lacrimas daturi. Nam interea Domitilla Euphrosynam & Theodoram familiares suas Christo conciliat , hæ verò eidem sponsos etiam suos , adnrente iterum Domitillâ , dum ejus opera Christum videt cæcus , & mutus loquitur. At nimis inter eos solus Aurelianus cæcutit , solus hic non sanaloquitur. Quin adeò tibicines jam solus conductit , & pede frequenti terram pulsans in exitium suum jam pridem Orcum laborat evocare. Jamque duos omnino

o. Apr.
, quod
animan
um est
et; justa
face ci
nocen
x Surin
erminatus
e tuâr
uid enim
onting
S. Pe
MM
quem
; qui
dem u
atearis,
saltare
LIANO
onsulit
Hyme
ox la
hrofys
o con
, adni
ristum
nterel
ina lo
ducit,
suum
e duos
nnino

20 April. VITÆ SANCTORVM. 203
omnino dies totidemque noctes assiduas saltando se exercuerat, cum quiescit tandem morte subitâ prostratus, nec jam ille domum Domitillam, sed illum domum Proserpina ducit. Porro SERVILIANS & SVLPITIUS, firmati his miraculis, non dubitabant postea pro Deo & castitate cervices præbere securi secandas, rectius capite, quam Aurelianus pede saltaturi. Ex gestis SS. Nerei & Achillei apud Sur.

Debet bene conscientia mentis esse latitia non inconditis commissationibus, non nuptialibus excitata symphonis; Ibi enim intuta verecundia, illecebra suspecta est, ubi comes deliciarum extrema est saltatio. Nemo enim, ut dixit quidam secularium Doctor, saltat sobrius, nisi qui insanit. S.Amb.l.3.de Virg.

S. AGNES POLITIANA V. 20 Aprilis.

NAtale solum AGNETI mons Politianus est. Quo die in lucem prodiit, multis vicinus æther facibus stellans illustris vitæ primordia celebravit. Nono ætatis anno, quo virgines aliæ totè pendent à matribus, D. Dominici institutum in sacro Parthenone complectitur. Quindecim annis pane & aquâ victitavit; saepèque cælesti pluviam, qualis Hebræis per desertos Arabiæ campos motentibus annona fuit, inter precandum est operta. Tres aliquando gemmulas ei Deipara dono dederat, vaticinata, suo honori aliquot ab AGNETE templo constituenda. Jesulum alias in sinum ejus infuderat: cuius è collo crucem eam abstraxit, quæ in hæc usque tempora ad facti memoriam piorumque venerationem conservatur. Saepè ab Angelo divinam hostiam accepit. Balneum, quo valetudinis causâ utebatur, cælesti manna instratum,